

FOLIO

Cesar Iulius. Magnanimus cesar qui sub iuga romulum traxit.
Marte sat indomito/spatiosi climita mundi:
Et tenuit sceptrum regni/faceſq; superbos
Solut: & incepit ciues torquere potentes:
Tempore sed modico tam ſequa potentia manſit
Horrenda cecidit tandem cum morte necatus.

Darius Rex
Perſarum.
i.mach.i. Sceptraq; perſarum Darius tulit: optima regna&
Sed non contentus propriis: externa cupiuit
Imperia:hinc propriu perdit regnu & diadema.

Xerxes de q
Iuuenalis
& Herodotus
li.v. Ipſe etiam Xerxes regum ditiffimus olim:
Dum cupit externas bello popularier oras:
Attica regna adiens: amiſit/caſtra/virolq;
Atq; rates pariter turrilas merſit in vndis:

Nabuchodo/
noſor. Dañ.3. Et Nabuchodonofor ſceptro Babilona gubernas
Fortunę nımıu dum fidit: tentat honores
Diuinos preſtare ſibi: ſed ſuma poteſtas
In ſpeciem bruti regem mutauit inanem.

Alexander.m.
Iuuenalis Magnus Alexander cui vix ſuffecerat orbis
Immenſus: graiis primus dominator in oris:
No ſecum ad ſtygiam ſua vexit regna paludem.

Cyrus Hero/
dotus & Iuſti
nus li.i. Quid Cyrum refero? lambens in morte cruorem
Sanguinis ipſe ſui: ſic tranſit gloria mundi.

Crefus Hero/
dotus li.i. Croeſus quando quide regniſq; opibus vel opimis:
Non contentus erat: tamen hunc fortuna ſefellit:
Euertitq; ſuum regnu: atq; potentia ſceptra.

Eccleſi.x. Omnia regna cadunt: ruit & mundana poteſtas:
Exemplu dat Roma potens: Carthago: Mycene:

Eccleſi.xlix. Et Solyme, atq; Tyros: & Grecia tota: ſubibit

Iob.iii. Mox latiu, pereunt qa nam mortalia cuncta

Apoca.xviii. Que facimus: cunctis exitus vnus erit.
Sapien.vii.